

COMMENTARIORUM

LIBRI III

DE BELLO CIVILI

2º Bachillerato
2023-2024

I.- TEXTOS MÍNIMOS QUE DEBE HACER EL ALUMNO:

1.- LIBER PRIMVS (I.1 – I.87):

- 001^a.- [I.2.8] Dicuntur sententiae graves; ut¹ quisque crudelissime dixit, ita ab inimicis Caesaris² collaudatur.
- 002^a.- [I.3.1] Misso ad vesperum senatu omnes, qui sunt eius ordinis, a Pompeio evocantur. Laudat promptos Pompeius atque in posterum confirmat, segniore castigat atque incitat.
- 003^a.- [I.3.2] Multi undique ex veteribus Pompei exercitibus spe praemiorum atque ordinum evocantur, multi ex duabus legionibus, quae sunt traditae a Caesare, arcessuntur.
- 004^a.-[I.3.3] Completur urbs et ipsum comitium tribunis, centurionibus, evocatis.
- 005^a.- [I.6.1] Proximis diebus habetur extra urbem senatus. Pompeius eadem illa, quae per Scipionem ostenderat agit; senatus virtutem constantiamque collaudat; copias suas exponit;
- 006^a.- [I.6.8] Tota Italia delectus habentur, arma imperantur; pecuniae a municipiis exiguntur, e fanis tolluntur: omnia divina humanaque iura permiscentur.
- 007^a.- [I.9.5] (permittit ut) proficiscatur Pompeius in suas provincias, ipsi exercitus dimittant, discedant in Italia omnes ab armis, metus e civitate tollatur, libera comitia atque omnis res publica senatui populoque Romano permittatur.
- 008^a.- [I.10.1-2] Acceptis mandatis Roscius cum L. Caesare Capuam pervenit

¹ Este **ut** con ind. tiene valor consecutivo: **ut..., ita...**; y es mejor traducirlo como “según..., así...”.

² Los nombres propios de esta página son: **Caesar** -aris, m = César (persona); **Capua** -ae, f = Capua (ciudad); **Italia** -ae, f = Italia (región); **L. Caesar** -aris, m = Lucio César (persona); **Pompeius** -ii, m = Pompeyo (persona); **Romanus** -a -um = Romano (gentilicio); **Roscius** -ii, m = Roscio (persona); **Scipio** -onis, m = Escipión (persona).

ibique consules Pompeiumque invenit; postulata Caesaris renuntiat. Illi deliberata re respondent scriptaque ad eum mandata per eos remittunt;

009^a.- [I.12.1] Curionem cum tribus cohortibus, quas Pisauri et Arimini³ habebat, mittit. Cuius adventu cognito diffisus municipii voluntati Thermus cohortes ex urbe reducit et profugit. Milites in itinere ab eo discedunt ac domum revertuntur.

010^a.- [I.12.3] Curio summa omnium voluntate Iguvium recepit. Quibus rebus cognitis confisus municipiorum voluntatibus Caesar cohortes legionis XIII ex praesidiis deducit Auximumque proficiscitur;

011^a.- [I.15.3] Milites imperat: mittunt. Interea legio XII Caesarem consequitur. Cum his duabus Asculum Picenum proficiscitur. Id oppidum Lentulus Spinther X cohortibus tenebat;

012^a.- [I.15.3] qui Caesaris adventu cognito profugit ex oppido cohortesque secum abducere conatus magna parte militum deseritur.

013^a.- [I.16.1-2] ipse unum diem ibi rei frumentariae causa moratus Corfinium contendit. Eo cum⁴ venisset, cohortes V praemissae a Domitio ex oppido pontem fluminis interrumpabant, qui erat ab oppido milia passuum circiter III.

014^a.- [I.16.3] Ibi cum antecursoribus Caesaris proelio commisso celeriter Domitiani a ponte repulsi se in oppidum receperunt. Caesar legionibus transductis ad oppidum constitit iuxtaque murum castra posuit.

015^a.- [I.18.2] Mittit eo M. Antonium cum legionis XIII cohortibus V. Sulmonenses simul atque⁵ signa nostra viderunt, portas aperuerunt universique, et oppidani et milites, obviam gratulantes Antonio exierunt.

³ *Pisauri* y *Arimini* son **Locativos** y se traducen como *CCUbicación*. Los nombres propios de esta página son: **Auximum** -i, n = Osimo (ciudad); **M. Antonius** -ii, m = Marco Antonio (persona); **Ariminum** -i, n = Arimino (ciudad); **Ausculum Picenum** -i, n = Ausculo Piceno (ciudad); **Corfinium** -ii, n = Corfinio (ciudad); **Curio** -onis, m = Curio (persona); **Domitius** -ii, m = Domicio (persona); **Iguvium** -ii, n = Iguvio (ciudad); **Lentulus Spinther** -eris, m = Léntulo Spínter (persona); **Pisaurum** -i, n = Pisauro (ciudad); **Sulmonenses** -ium, m = Sulmonenses (gentilicio); **Thermus** -i, m = Termo (persona);

⁴ La oración de “cum histórico” empieza en *eo*, pues si se escribiera “cum eo venisset”, el “cum” se entendería como preposición.

⁵ **Simul atque** funciona todo como conjunción subordinada temporal y se traduce por: **tan pronto como**.

016^a.- [I.24.1] Pompeius his rebus cognitis, quae erant ad Corfinium⁶ gestae, Luceria proficiscitur Canusium atque inde Brundisium.

017^a.- [I.24.2-3] Copias undique omnes ex novis dilectibus ad se cogi iubet; servos, pastores armat atque eis equos attribuit; ex his circiter CCC equites conficit. L. Manlius praetor Alba cum cohortibus sex profugit, Rutilius Lupus praetor Tarracina cum tribus;

018^a.- [I.27.2-3] Pompeius, operibus Caesaris permotus, adventu navium profectionem parare incipit. et, quo⁷ facilius impetum Caesaris tardaret, ne⁸ sub ipsa profectione milites oppidum irrumperent, portas obstruit, vicos plateasque inaedificat, fossas transversas viis praeducit atque ibi sudas stipitesque praeacutos defigit. Haec levibus cratibus terraque inaequat;

019^a.- [I.28.3] Pompeius sub noctem naves solvit. Qui erant in muro custodiae causa collocati, eo signo, quod convenerat, revocantur notisque itineribus ad naves decurrunt. Milites positos scalis muros ascendunt,

020^a.- [I.30.3-4] Ille perterritus, quod omnem provinciam consentire intellegebat, ex Sardinia in Africam profugit. Cato in Sicilia naves longas veteres reficiebat, novas civitatibus imperabat.

021^a.- [I.30.4] Haec magno studio agebat. In Lucanis Brutiisque per legatos suos civium Romanorum delectus habebat, equitum peditumque certum numerum a civitatibus Siciliae exigebat.

022^a.- [I.37.3] Fabius, ut erat imperatum, adhibita celeritate praesidium ex saltu deiecit magnisque itineribus ad exercitum Afrani contendit.

023^a.- [I.38.1-2] adventu L.Vibulli Rufi, qui a Pompeio missus in Hispaniam est,

⁶ Los nombres propios de esta página son: **Afranius** -ii, m = Afranio (persona); **Africa** -ae, f = África (Región); **Alba** -ae, f =Alba (ciudad); **Brundisium** -ii, n = Brundisio (ciudad); **Brutii** -orum, m = Brutios (gentilicio); **Canusium** -ii, n = Canusio (ciudad); **Cato** -onis, m = Catón (persona); **Corfinium** -ii, n = Corfinio (ciudad); **Fabius** -ii, m = Fabio (persona); **Hispania** -ae, f = Hispania (región); **Lucani** -orum, m = Lucanos (gentilicio); **Luceria** -ae, f = Luceria (ciudad); **L. Manlius** -ii, m = Lucio Manlio (persona); **Rutilio Lupus** -i, m = Rutilio Lupo (persona); **Sardinia** -ae, f = Cerdeña (isla); **Sicilia**-ae, f = Sicilia (isla); **Tarracina** -ae, f = Tarracina (ciudad); **L. Vibullus Rufus** -i, m = L. Vibulo Rufo (persona).

⁷ **Quo** es conj. sub. final = “para que”.

⁸ **Ne** es conj. sub. final negativa = “para que (el sujeto) no”.

Afranius⁹ et Petreius et Varro officia inter se partiuntur, uti Petreius ex Lusitania per Vettones cum omnibus copiis ad Afranium proficiscatur, Varro cum eis legionibus quas habebat omnem ulteriorem Hispaniam tuetur.

024^a.- [I.38.4] quibus coactis, celeriter Petreius per Vettones ad Afranium pervenit, constituuntque communi consilio bellum ad Ilerdam gerere.

025^a.- [I.39.1] erant, ut supra demonstratum est, legiones Afranii tres, Petreii duae, praeterea cohortes circiter LXXX equitumque circiter V milia. Caesar legiones in Hispaniam praemiserat VI, quae omnibus superioribus bellis habuerat.

026^a.- [I.39.3] audiverat Pompeium per Mauretanium cum legionibus iter in Hispaniam facere.

027^a.- [I.40.1] Fabius ... in Sicori flumine pontes effecerat duos distantes inter se milia passuum IIII. his pontibus pabulum mittebat.

028^a.- [I.40.4-5] quo cognito ab Afranio, celeriter suo ponte Afranius legiones IIII equitatumque omnem traiecit. huius adventu nuntiato, L. Plancus, qui legionibus praerat, locum capit superiorem diversamque aciem in duas partes constituit.

029^a.- [I.40.7] commisso ab equitibus proelio signa legionum duarum procul ab utrisque conspiciuntur ac suas uterque legiones reducit in castra.

030^a.- [I.41.1] eo biduo Caesar cum equitibus DCCCC, quos sibi praesidio reliquerat, in castra pervenit.

031^a.- [I.41.2] ipse cognita locorum natura ponti praesidio sex cohortes reliquit et postero die omnibus copiis triplici instructa acie ad Ilerdam proficiscitur et

⁹ Los nombres propios de esta página son: **Afranius** -ii, m = Afranio (persona); **Fabius** -ii, m = Fabio (persona); **Hispania** -ae, f = Hispania (región); **Ilerda** -ae, f = Ilerda (ciudad); **Lusitania** -ae, f = Lusitania (región); **Mauritania** -ae, f = Mauritania (región); **Petreius** -ii, m = Petreyo (persona); **Varro** -onis, m = Varrón (persona); **Vettones** -ium, m = Vetones (gentilicio).

sub castris Afranii¹⁰ constitit.

032^a.- [I.41.2-3] potestate facta Afranius copias educit et in medio colle sub castris constituit. Caesar, ubi cognovit, ab infimis radicibus montis castra facere constituit.

033^a.- [I.41.4] et, castra vallo muniri vetuit, sed a fronte contra hostem pedum XV fossam fieri iussit.

034^a.- [I.41.5] prima et secunda acies in armis permanebat; post has opus in occulto a III acie fiebat.

035^a.- [I.41.6] sub vesperum Caesar intra hanc fossam legiones reducit atque ibi sub armis proxima nocte conquiescit.

036^a.- [I.42.1] postero die omnem exercitum intra fossam continet; reliquas legiones in armis contra hostem constituit.

037^a.- [I.42.3-4] illi non diu commorati copias in castra reducunt. tertio die Caesar vallo castra communit; reliquas cohortes, quas in superioribus castris reliquerat, impedimenta que ad se traduci iubet.

038^a.- [I.43.1] erat inter oppidum Ilerdam et proximum collem planities circiter passuum CCC, atque in hoc fere medio spatio tumulus erat paulo editior.

039^a.- [I.43.3] hoc sperans legiones III ex castris educit atque eum tumulum occupare iubet.

040^a.- [I.44.3-4] haec tum ratio nostros perturbavit; itaque perturbatis antesignanis legio in proximum collem sese recepit.

041^a.- [I.45.1] Caesar legionem nonam subsidio ducit;

042^a.- [I.46.4] nostri in primo congressu circiter LXX ceciderunt, in his Q.

¹⁰ Los nombres propios de esta página son: *Afranius* -ii, m = Afranio (persona); *Ilerda* -ae, f = Ilerda (ciudad);

Fulginius;¹¹

- 043^a.**- [I.46.5] ex Afranianis interficiuntur T. Caecilius, primi pili centurio, et praeter eum centuriones IIII, milites amplius CC.
- 044^a.**- [I.47.4] illi eum tumulum, pro quo pugnatum est, magnis operibus munierunt praesidiumque ibi posuerunt.
- 045^a.**- [I.48.2-3] tum autem ex omnibus montibus nives proluit ac summas ripas fluminis superavit pontesque ambo, quos C. Fabius fecerat, uno die interrupit. Quae res magnas difficultates exercitui Caesaris attulit.
- 046^a.**- [I.48.5] Tempus erat autem difficillimum, quo neque frumenta in hibernis erant neque multum a maturitate aberant; ac civitates exinanitae, quod Afranius paene omne frumentum ante Caesaris adventum Ilerdam convexerat.
- 047^a.**- [I.49.1] at exercitus Afranii omnium rerum abundabat copia. multum erat frumentum provisum et convectum superioribus temporibus, magna copia pabuli suppetebat.
- 048^a.**- [I.50.1] hae permanserunt aquae dies complures. conatus est Caesar reficere pontes; sed nec magnitudo fluminis permittebat.
- 049^a.**- [I.56.1] Dum haec ad Ilerdam geruntur, Massilienses usi L. Domitii consilio naves longas expediunt numero XVII, quarum erant XI tectae. Multa huc minora navigia addunt, ut ipsa multitudine nostra classis terreatur.
- 050^a.**- [I.58.4-5] et magno numero Albicorum et pastorum interfecto partem navium deprimunt, nonnullas cum hominibus capiunt, reliquas in portum compellunt. Eo die naves Massiliensium cum eis, quae sunt captae, intereunt VIII.

¹¹ Los nombres propios de esta página son: **Afranius** -ii, m = Afranio (persona); **Albici** -orum, m = Albicos (gentilicio); **T. Caecilius** -ii, m = T. Cecilio (persona); **Domitius** -ii, m = Domicio (persona); **Fabius** -ii, m = Fabio (persona); **Fulginius** -ii, m = Fulgino (persona); **Ilerda** -ae, f = Ilerda (ciudad); **Massilienses** -ium, m = Masilienses (gentilicio).

- 051^a.**- [I.59.1-2] Hoc primum Caesari ad Ilerdam¹² nuntiatur; simul perfecto ponte celeriter fortuna mutatur. Illi perterriti virtute equitum minus libere, minus audacter vagabantur.
- 052^a.**- [I.70.4-5] Ex eo loco IIII cetratorum cohortes in montem, qui erat in conspectu omnium excelsissimus, mittit. Hunc magno cursu concitatos iubet occupare, uti ipse eodem omnibus copiis contenderet et mutato itinere iugis Octogesam perveniret. equitatus Caesaris in cohortes impetum fecit;
- 053^a.**- [I.73.3-4] Qua re cognita crebras stationes disponunt equitum et cohortium alariarum legionariasque intericiunt cohortes vallumque ex castris ad aquam ducere incipiunt, ut intra munitionem et sine timore et sine stationibus aquari possent. Id opus inter se Petreius atque Afranius partiuntur.

2.- LIBER SECVNDVS (II.1 – II.44):

- 054^a.**- [II.11.2-3] Id ubi¹³ vident, mutant consilium: cupas taeda ac pice refertas incendunt easque de muro in musculum devolvunt. Involutae labuntur, delapsae ab lateribus longuriis furcisque ab opere removentur.
- 055^a.**- [II.22.5] Massilienses arma tormentaque ex oppido, ut est imperatum, proferunt, naves ex portu navalibusque educunt, pecuniam ex publico tradunt.
- 056^a.**- [II.22.6] Quibus rebus confectis Caesar magis eos pro nomine et vetustate, quam¹⁴ pro meritis in se civitatis conservans duas ibi legiones praesidio relinquit, ceteras in Italiam mittit; ipse ad urbem proficiscitur.
- 057^a.**- [II.23.4-5] Id oppidum C. Considius Longus unius legionis praesidio tuebatur. Reliquae Caesaris naves <cognita> eius fuga se Adrumetum

¹² Los nombres propios de esta página son: *Adrumetum* -i, n = Adrumento (ciudad); *Afranius* -ii, m = Afranio (persona); *C. Considius Longus* -i, m = C. Considio Longo (persona); *Ilerda* -ae, f = Ilerda (ciudad); *Massilienses* -ium, m = Masilienses (gentilicio); *Octogesa* -ae, f = Octogesa (ciudad); *Petreius* -ii, m = Petreyo (persona).

¹³ Este **ubi** debe entenderse antes de **id**.

¹⁴ **magis... quam** = estructura comparativa: más... que

receperunt.

058^a.- [II.23.5] Hunc secutus Marcius Rufus¹⁵ quaestor navibus XII, quas praesidio onerariis navibus Curio ex Sicilia eduxerat, postquam in litore relictam navem conspexit, hanc remulco abstraxit; ipse ad C. Curionem cum classe redit.

059^a.- [II.26.4] Equitesque committunt proelium et, priusquam plane legiones explicari et consistere possent, tota auxilia regis impedita ac perturbata, quod nullo ordine et sine timore iter fecerant, in fugam coniciunt.

060^a.- [II.26.4] equitatuque omni¹⁶ fere incolumi, quod se per litora celeriter in oppidum recepit, magnum peditum numerum interficiunt.

061^a.- [II.34.3] relictis ab his, qui una procurrerant levis armaturae, circumveniebantur atque interficiebantur ab nostris.

3.- LIBER TERTIUS (III.1 – III.112):

063^a.- [III.43.1.] Quibus rebus cognitis Caesar consilium capit ex loci natura. Erant enim circum castra Pompei permulti editi atque asperi colles. Hos primum praesidiis tenuit castellaque ibi communit. Inde, circumvallare Pompeium instituit,

064^a.- [III.59.1] Erant apud Caesarem in equitum numero Allobroges duo fratres, quorum opera Caesar omnibus Gallicis bellis optima fortissimaque erat usus.

065^a.- [III.88.2] Erant in sinistro cornu legiones duae traditae a Caesare initio dissensionis ex senatus consulto; quarum una prima, altera tertia appellabatur. In eo loco ipse erat Pompeius. Mediam aciem Scipio cum legionibus Syriacis tenebat.

066^a.- [III.93.2] Neque vero Pompeiani huic rei defuerunt. Nam et tela missa

¹⁵ Los nombres propios de esta página son: **Allobroges** -ium, m = Alóbroges (gentilicio); **Curio** -onis, m = Curio (persona); **Gallicus** -a -um = gálico, de Galia (adjetivo); **Marcus Rufus** -i, m = Marcio Rufo (persona); **Scipio** -onis, m = Escipión (persona); **Syriacus** -a -um = siriaco, de Siria (adjetivo).

¹⁶ Tanto la desinencia “i” de *omni* e *incolumi* son “i” por “e”; es decir, debería poner **omne fere incolume**.

exceperunt et impetum legionum tulerunt et ordines suos servarunt pilisque missis ad gladios redierunt.

067^a.- [III.93.3] Eodem tempore equites ab sinistro Pompei cornu, ut erat imperatum, universi procucurrerunt, omnisque multitudo sagittariorum se profudit.

068^a.- [III.93.4] Quorum impetum noster equitatus non tulit, sed paulatim loco motus cessit, equitesque Pompei hoc acrius instare et se turmatim explicare aciemque nostram a latere aperto circumire coeperunt.

061^a.- [III.96.3-4] decumana porta se ex castris eiecit protinusque equo citato Larisam¹⁷ contendit. Neque ibi constitit, sed eadem celeritate, paucos suos ex fuga nactus, nocturno itinere non intermisso, comitatu equitum XXX ad mare pervenit navemque frumentariam conscendit,

062^a.- [III.110.6] Erant praeterea equitum milia duo. Inveteraverant hi omnes compluribus Alexandriae bellis; Ptolomaeum patrem in regnum reduxerant, Bibuli filios duos interfecerant, bella cum Aegyptiis gesserant. Hunc usum rei militaris habebant.

063^a.- [III.111.1-3] sed Caesar dispositis per vias cohortibus impetum eius sustinuit. Eodemque tempore pugnatum est ad portum, ac longe maximam ea res attulit dimicationem. Simul enim diductis copiis pluribus viis pugnabatur, et magna multitudine naves longas occupare hostes conabantur;

¹⁷ Los nombres propios de esta página son: **Aegyptius** -a -um = Egiptio (gentilicio); **Alexandria** -ae, f = Alejandría (ciudad); **Bibulus** -i, m = Bíbulo (persona); **Larisa** -ae, f = Larisa (ciudad); **Ptolomeus** -i, m = Ptolomeo (persona).

II.- ESTRUCTURAS:

II.1.- Significados:

1ª.- *equus*:

- * *equus* -i (sin -t-) = ***caballo***.
- * *eques* -itis (con 1 -t-) = ***jinete***.
- * *equitatus* -us (con muchas -t-) = ***caballería***.

2ª.- *impero*:

- * mandar llamar, mandar pedir, mandar traer, etc.

3ª.- *magnis itineribus*:

- * en grandes recorridos, a grandes jornadas, a marchas forzadas.

4ª.- *prae-*:

- * *prae*-ficio + CD + CI = ***poner al*** CD ***al frente del*** CI.
- * *prae*-sum + Sj + CI = el Sj ***está al frente del*** CI.

5ª.- *traicio*:

- * *traicio* + AC_(persona[CD]) + Ab_(tránsito[CCTr]) = ***hacer pasar el*** AC_(persona[CD]) ***por el*** Ab_(tránsito[CCTr]).
- * *traicio* + AC_(persona[CD]) + AC_(cosa[CCTr]) = ***hacer pasar el*** AC_(persona[CD]) ***por el*** AC_(cosa[CCTr]).

6ª.- *ut erat imperatum*:

- * , *ut est imperatum*, = , como ha sido mandado,
- * , *ut erat imperatum*, = , como había sido mandado,

II.2.- Sintaxis:

1ª.- *Complemento Agente*:

- * Siempre en **Ab.** y si es de persona con **a/ab.**

2ª.- *Falso relativo*:

- * Cuando un relativo comienza texto o va detrás de puntuación fuerte, no

tiene valor de relativo y sí de demostrativo **hic, haec, hoc**.

3ª.- Gentilicios derivados de nombres de persona:

- * de **Afranius** ==> **Afranianus** -a -um.
- * de **Caesar** ==> **Caesarianus** -a -um.
- * de **Domitius** ==> **Domitianus** -a -um.
- * de **Pompeius** ==> **Pompeianus** -a -um.

4ª.- Adjetivos derivados de nombres de regiones:

- * de **Gallia** ==> **Gallicus** -a -um.
- * de **Syria** ==> **Syriacus** -a -um.

5ª.- AB. AB. (Participio en Ab. concertado con Sust. en Ab.):

- * **pilis missis** = enviadas las jabalinas.
- * **Quibus rebus cognitis** = conocidas estas cosas.
- * **huius adventu cognito** = conocida la llegada de este.

6ª.- Cum h^{órico} (cum + impto. subj. / plcpto subj.):

*